



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

206. An iudex, & Minister Regius possit cognoscere causam, cum agitur, v.
g. Vt Petrus Clericus recuperet Ecclesiae possessionem, à qua est eiectus
per vim, vel retineat beneficij possessionem, in qua ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

Supr. hoc in
Ref. praeteri-
ta.

§. 1. **P**osset aliquis respondere, quod non: quia per decretum hoc consilium aliis Monasteriis, iam erectis, ne scilicet, alimenta eis desint ob aliorum aedificationem, & multitudinem, & ne praetextu boni, & quaesito pietatis colore, perniciosae societates incantur.

2. Sed tale statutum esse contra Ecclesiasticam immunitatem, docent Doctores, ut Vgolinus in *Respons. ad Iurisc. Gymnasij Patavini, cap. 6. §. 5. n. 2.* Valenzuela in *defens. Pauli V. part. 2. per totum.* Collegium Bononiense in *respons. pro libert. Eccles. num. 43.* & alij: quia hoc est iurisdictionem Ecclesiasticam usurpare: & ideo inter alias causas, ob quas licentia Praelatorum requiritur, dum Monasteria, & novae Religiones in Civitates introducuntur, haec est, ut videant, ac perspiciant, unde, & quomodo dicti Regulares sustentari possint: non enim permittitur eorum aedificatio, si non habent, unde sustententur. Haec omnia igitur spectat ad Ecclesiasticos, & non ad Principes laicos considerare. Vide

Quae hic est
Ref. ante
dens.

Supra in *resol. 62.*

RESOL. CCIV.

An Principes possint statuere, ne beneficia Ecclesiastica exteris conferantur?
Et inferunt non esse liberum Magistratibus & iudicibus secularibus litteras Pontificias reicere, quarum auctoritate beneficia exteris conferuntur, & aliqua alia cursum explanantur valde notanda, & scitu digna.
Et an possit Romanus Pontifex iuri Patronatus laicorum derogare, si velit? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 26.

Sup. hoc in
Ref. seq. §.
vlt. & supra
in Ref. 99. §.
vlt. & in to.
7. tr. 6. ex
Ref. 17. lege
§. 1.

§. 1. **R**espondeo negativè cum Tamburino de *iure Abbatum tom. 1. disp. 15. quest. 19. num. 21.* & aliis, ubi infra; & si in Regno Portugalliae, Castellae, Navarrae, Aragoniae, & in Regno Franciae exteri non admittuntur ad beneficia, totum hoc procedit ex consensu, & privilegiis Summorum Pontificum multis Regibus concessis, ut notat Barbosa in *collecl. tom. 1. lib. 1. tit. 5. cap. 4. n. 7. & seq.* & Reginaldus in *praxi tom. 2. lib. 30. tract. 3. c. 11. n. 160.*

2. Ex his sequitur, ut optimè docet, & advertit Alexander Pefant, *tract. de immunit. Eccles. disp. 17.* Bonacina de *legibus disputat. 10. quest. 2. punct. 1. §. 1. n. 13.* & Azorius *p. 1. lib. 5. c. 14. g. 3.* non esse liberum Magistratibus, & iudicibus secularibus litteras Pontificias reicere, quarum auctoritate beneficia exteris conferantur, sed licitum erit opponere de subreptione talium litterarum apud iudicem Ecclesiasticum. Immo si in litteris exprimat derogatio iurispatronatus, licitum est appellare ad summum Pontificem, & supplices libellos offerre; & interina litterarum Apostolicarum executionem impedire, modo id efficiant opera iudicum Ecclesiasticorum, & supplicationem coram Sede Apostolica legitime prosequantur: nam sententia communis est posse Romanum Pontificem iuri patronatus laicorum derogare, si velit; ac proinde si velit, non inferre iniuriam, neque vim laicis, quia vitur iure suo, & solum id ius admittit laico, quod habuit ab Ecclesia non adempto sibi reuocandi iure. Unde quando Papa, non obstante supplicatione, & appellatione Principum, expressè iuri patronatus derogat, debent prophani iudices obedire, etiam si Principes nollent, & non obstantibus eorum legibus.

Sup. hoc supra
in Ref. 35.
§. Sed dices.

RESOL. CCV.

An statuta, in quibus cauetur, ne quis possessionem apprehendat alicuius Ecclesiae, vel beneficii sine facultate Principis, vel suorum Ministrorum, sint contra libertatem Ecclesiasticam?

Et an hac non procedant in Regibus, qui ex privilegio Summi Pontificis habent collationem, &c. ut in eorum Regnis nullus extraneus beneficium possit obtinere? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 63. alias 62.

§. 1. **R**espondeo affirmativè cum Canonistis, & Theologis, qui communiter reprobant *conf. 23. Angel. & Camillum in divers. iur. p. 2. c. 2. n. 137.* Ita docet ex veteribus Abbas *lib. 1. conf. 83.* Felinus in *c. Eccl. S. Mariae de conf. num. 96.* & ex recentioribus Vgolinus, *Bull. Cæn. p. 2. cap. 13. ver. 4. Quine illa num. 2.* Laderchius *conf. 103. num. 4.* Altherius de *cur. tom. 1. disp. 16. lib. 5. cap. 5. fol. mibi 699. col. 1.* & Alexander Pefantius *tract. de immunit. Eccl. disp. 10.* cum Azotio.

Et ratio est, quia Ecclesia habet ius imittendi Clericos in possessionem beneficiorum & Clerici ex isto statuto redduntur timidores, & laci in statuendo audaciores. Unde notat Altherius *ubi supra, cap. 6. fol. 704. col. 2.* quod si possessio beneficii à Clerico legitime capiatur, nec testes, nec Notarius, qui interfuerunt, incurrunt ullam poenam dicti statuti, quia quando statutum inualidum est, poena in eo apposta non ligat, ex *Auth. Casan. C. de sac. Eccles. & cap. nouerit. de sent. excomm. n. lmo* ita statuentes sunt excommunicati.

2. Limitatur supradicta sententia à Duardo in *Bull. Cæn. lib. 2. can. 15. g. 11. num. 59.* & Marth. de *iur. p. 4. cent. 1. cas. 46. num. 8. & 14.* non procedere in Regibus, qui ex privilegio Romani Pontificis habent collationem beneficiorum vel privilegium, ut in eorum Regnis nullus extraneus beneficium possit obtinere, ut habet Rex noster.

Sup. hoc supra
in Ref. 35. Verum
& in fine
Ref. 99.

Sup. hoc supra
in Ref. 200. §. Titio
quando.

Sup. hoc supra
in Ref. praeteri-
ta §. 1. & l. 1.
ge etiam do-
ctrinam Ro-
sol. & §. 3. annou.

RESOL. CCVI.

An index, & Minister Regius possint cognoscere causam, cum agitur, ut Petrus Clericus recuperet Ecclesiam possessionem, à qua est eiectus per vim, vel retineat beneficii possessionem, in qua ab alio turbatur?
Neque ob receptam consuetudinem hac causa ad indices seculares pertinere potest, neque potest adduci tolerantia Pontificis? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 67. alias 66.

§. 1. **Q**uicquid in contrarium asserant Doctores, quos refert Couarruias *practicarum questionum, cap. 35. num. 1.* negativè respondendum est. Et ita docet Pefant, in *tract. de immunit. Eccles. disp. 15.* Duard, in *Bull. Cæn. lib. 2. can. 15. quest. 19. n. 47. & seq.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 14. quest. 1.* Et ratio desumitur ex auctoritate *clement. 1. de caus. possess. & clement. 1. de sequest. poss. ubi* causa de beneficio, siue iure petitorio, siue possessorio, spiritualis centeret, Neque ob receptam consuetudinem, hanc causam ad Indices laicos pertinere posse, contra Christophor. de Anguiano, in *tract. de leg. tom. 1. lib. 2. contr. 19. num. 30.* Couarruiam, & Matthaeum de Afflictis *de cis. 24.* testantem de usu Regni Neapolitani, notat Pefant, & Azor. quia per consuetudinem Index laicus non potest sibi vindicare ea, quae sunt Ecclesiastici iuris, ut supra satis probatum, & fuse probat Carolus de Grassis de *ess. cler. eff. 2. num. 372. vsque ad num. 387.* neque potest adduci tolerantia Sum. Pontificis nam, quidquid aliqui asserant, quotannis in Bulla Cænae omnes istas consuetudines, tanquam corruptelas, damnare Summ. Pontifices apparet. Ego &c.

Sup. hoc supra
in Ref. seq. &
lege etiam
alium §. eius
primae not.

RESOL.